



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Ad constantiam pertinent quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

tis vitæ æquamiter portat. quoniam ex illius dulcedine huius amaritudinem temperat, & ex illius eternitate, huius despicit breuitatem. Secundus est perseuerantiæ. Contra quem apponitur auxilium Dei. Vnde Paulus dicebat. Fidelis deus qui non patietur uos temptari supra id quod potestis, sed facit cum tentatione profuentum, Hoc idem dicit Pater Augustinus. Fidelis Deus qui se protectorem suorum electorum fore promittit, non patietur uos pro se tribulatos temptari supra id quod potestis.

1. Co. 10

Auguf.

*Ad constantiam pertinent
quatuor.*

Stabilitas in his, quæ sunt fidei. Sic dicebat Paulus. Vigilate & stete in fide. Et ad Ephes. Non sumus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni uento doctrine. Tobias quoque ait. Vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam ab illo. Grauitas, seu equanimitas in utraque fortuna. Tullius. Præclara est æqualitas in omni uita, &c. Reg. decimo quarto. Sic est, Dominus meus rex, sic Angelus Dei,

1. Cor. ultimo.

16. Eph. 4.

Tullius.

2. Reg. 14.

CHRISTIANA

ut nec benedictionibus, nec maledictionibus moueatur. Stabilitas loci, quæ multum facit ad stabilitatem animi. Vnde Diuus Bernardus ait. Impossibile est in uno hominem figere animum suum, qui non prius alicui loco perseuerat, & afflixerit corpus suum. Nam qui ægritudinem animi migrando de loco ad locum effugere nititur, sic est sicut qui fugit umbram corporis sui, seipsum fugit, seipsum circumfert, locum mutat, non animum, eundem ubique se inuenit. Vnde Gregorius etiam ait. Non prodest locus si desit spiritus. Non conualescit planta (inquit Seneca) quæ saepe transfertur. Et Ecclesiasticus. Constat de in Deo, & mane in loco tuo. facile est enim in oculis Dei subito honestare pauperem. Firmitas contra uentos temptationum, de qua commendatur Ioannes Baptista apud Christum loquentem & ad iudæos dicentem.

Bern.

Greg.

Seneca.
Eccles.
II. 12.

Luco 7.

Eccles. 5.

Quid existis in deserto uidere?
arundinem uento agitantem?
Et Ecclesiasticus.
Non uentiles
omnem ue.
&c.